152

163

Qui et corporis inmortalitatem saepius ostendit discipulis
et lumen divinae lucis coruscantem sibi simul inesse perdocuit.
Potest etiam in lilio respiciendo ipse mediator dei et hominum
propter passionem mortis gloria et honore coronatur non
inconvenienter accipi. Qui ante passionem quidem suam
quasi decussum adhuc lilium fuit cum signis miraculorum
quae fecit clarus homo refulsit. post resurrectionem vero
et ascensionem suam respondit se lilium superne patriae
civibus exhibuit quibus in adsumptae humanitatis potentiam
divinae claritatis quam habuit apud patrem priusquam mun
dus esset ostendit. Unde et in memorato cantico libri se vocabu
lo dignatus voluit dicens. Ego flos campi et lilium convalli
um. Labium ergo maris in quo sacerdotes lavabantur.
Quia labium fuit calicis et folium repandi lilii. quia lavacro
salutari quo membra summi sacerdotis efficimur in fide
nos sacrae passionis eius a peccatorum omnium labe
purificat et purificatos ad visionem gloriae ipsius perennis
intromittit. In quo nimirum lavacro uterque populus et cir
cumcisionis videlicet et praeputii per fidem spem et dilectionem
unum in Christo efficitur ipso attestante qui circumcisioni
primitus praedicans ait. Et alias oves habeo quae non sunt
ex hoc ovili et illas oportet me adducere et vocem meam audient
et fiet unum ovile et unus pastor. Quod in hoc quoque mari
typice figurabatur nam subditur. Duo milia batos capie
bat. Millenarius namque numerus pro significatione perfecti
onis solet poni hic accipitur. Quia nimirum diversorum numerum